



QK. 523, 20.

B. m. II,



INIQUITATEM. EXTERORVM
IN. FERENDO
DE
ERVDITIS. NOSTRATIBVS
IVDICIO
ILLVSTRIVM. VIRORVM
IO. LOCKII. ET. WILH. MOLYNAEI
EXEMPLIS. CONFIRMATAM
SISTIT
ET. AD. AVDIENDAM
ORATIONEM
QVA
CLEMENTISSIME. DEMANDATAM. SIBI
IN. ACADEMIA. LIPSIENSI
LOGICAE. ET. METAPHYSICAE. PROF. ORD
D. XVIII. FEBR. HOR. IX. MAT. MDCCXXXIII
IN. AUDITORIO. PHILOSOPHICO
AVSPICABITVR
HVMANISSIME. INVITAT
IO. CHRISTOPH. GOTTSCHED
POES. P. EXTR. COLL. B. V. M. ET. SOC. REG. BOR. SOD



10

LIPSIAE. LITTERIS. BREITKOPFIANIS



CICERO de Amicitia.

Cuius autem aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeant, huius salus desperanda est. - - - Atque illud absurdum est, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se, non anguntur, obiurgari, moleste ferunt: quod contra oportebat delicto dolere, correctione gaudere.



uantacunque semper fuerit in Germaniae
nostrae eruditis modestia, & exterorum
cuiuscunque generis veneratio: Nullus
tamen, aut parcus valde, inuicem nostris
ab iisdem reddi solet honor; immo mul-
tos nostratum heroum vel a mediocri-
bus eorum scriptoribus, praeter meritum, contemni videoas.
Dolenda ideo mihi semper visa est, partim nimia nationis
nostrae de viribus suis diffidentia; partim etiam pudenda
quaedam, qua quidquid extra fines nostros ortum est, stu-
pentes quasi recipimus, admiratio. Philautiam quidem
pro virtute nemo facile venditauerit: nec is ego sum, qui
contemptum gentium exterarum Teutonibus nostris per-
suadere velim. Abiecti tantum animi signum esse videtur,
negligere sua omnia, nimisque exiliter sentire de iis omni-
bus, quae intra pomoeria sua nata vel inuenta fuere. In deli-
catulis forsan femellis, vel bellis adolescentulis ferri aliquatenus
posset, exterorum cultum & ornamenta corporis imitandi
pruritus. Dandum aliquid est luxurianti iuuentutis imagi-
nationi, quae quidquid peregrinum, vel nouum, vel recens
aliunde ad nos allatum fuerit, magni facere solet. Verum
eruditos quoque viros, eodem laborare morbo, id mihi
profecto admirabile semper indignumque visum est.

A

Et

Et altera quidem ratio, quare id ipsis vitio vertam,
haec est, quod Germania nostra in omni litterarum genere
eos produxit heroas, de quibus iure meritoque gloriari
possimus. Hospes prorsus in patria sua sit, oportet, qui tot
illustres ignorare potest ciues eius, quorum merita vel ab
exteris agnita dudum fuere. Ut reliquos iam taceam, Phi-
losophos atque Mathematicos tantum in medium proferre
libet, qui non ipsis solum magni fuere, sed reliquis etiam in
scientiis augendis exemplum praeciuere, facemque praetuler-
runt. Laudet suos **GALILAEOS** atque **CASSINOS**
Italia, nos **COPERNICOS**, **KEPLEROS**, **SCHEINE-
ROS**, **MARIOS** que ipsis opponimus. Celebret Gallia
suos **REMONDOS**, **HIRIOS**, **INSVLANOS**: Anglia
HALLEIOS atque **FLAMSTEDIOS**; habet
Germania, quos ipsis opponat **HEVELIOS** atque **KIR-
CHIOS**. Praedicet eadem Gallia **HOSPITALIOS**
atque **BERNOVLLIOS**; Habemus nos **HERMAN-
NOS** atque **BVLFINGEROS**. Extollat **MACHIA-
VELLOS** suos Italia; **MONTANOS** & **VAYERIOS**
Gallia; **HOBESIOS** denique & **WOLLASTONOS**
Anglia: Opponimus ipsis **GROTIOS** nostros, **CON-
RINGIOS**, **PVFENDORFIOS** atque **THOMA-
SIOS**. Sic **BORELLIS** & **VALLISNERIIS** Italorum
STVRMIOS opponimus atque **SCHEVCHZEROS**.
Sic porro **LOCKIO** & **MALEBRANCHIO** **TSCHIRN-
HAVSIVM** nostrum; **BOYLEO** & **HAMELIO**, **GVERIC-
KIVM** & **LEEVWENHOOCKIVM**; **CARTESIO**,
NEWTONO que tandem, quibus solis subinde Gallia &
Anglia gloriari solent, **LEIBNITIVM** atque **WOL-
FIVM** nostrates obiicimus; quos omnis iam Europa nouit,
& olim mirari vel ipsa veritate cogente discet.

Altera quae indignationem mihi saepius commouit
ratio, ab imperfectione eorum scriptorum omnium peti-
tur, quae ab exteris quoque elaborata videmus. Quantis,
bone Deus! subinde erroribus naeuisque scatere constat,
vel



vel eorum libros, qui summam sibi apud suos famam parauere? Quantum hiatum, quantum paralogismorum in operibus eorum obuium est; id quod vel MALEBRANCHII immo ipsius CARTESII exemplis abunde ostendi posset. Absit, ut ex infirmitate humana orta, vel negligentius forte tradita ipsis exprobrem gloriosius. Iniquum esset insultare cuiquam ob communem populis omnibus ingenii imbecillitatem. Nec tamen miraculi instar suspiciendi sunt, qui pari nobiscum morbo subinde laborant, aut prodigiorum instar habendi, qui homines se esse, plus uno specimine probatum dedere.

Eo iustior autem semper dolor meus mihi visus est, quo insolentiores nostra indulgentia, vel timiditate potius factos esse exterros animaduerto; quoties in variis eorum scriptis recentioribus, nationis nostrae vel nostrarium cuiusdam mentionem iniici deprehendo. Sic bilem nuper mouit SANTA EVS, S. I. Presbyter, qui non incomta ceterum oratione, ante aliquot annos Lutetiae habita, ostendere conatus est, ingenio Gallos suos omnes Europae populos superare. His nimirum coloribus, quauis occasione data, Germanorum & tarditatem & ingenii paupertatem depinxit, vt misericordia motus, gloriosi hominis nostrorum omnium supinam doluerim ignorantiam. Linguae enim nostrae, cum ignarissimi hactenus fuerint exteri omnes; quid mirum est, si iniquos adeo nostrarum rerum iudices agant?

Non minorem apud Anglos inualuisse gentis suae amorem peruersum, & nostrae contemtum, multis equidem euincere possem documentis: si nationis nostrae apologiam potius, quam schedasma quoddam philosophicum conscribere animus esset.

Vnicum saltem omnium reliquorum vices subire poterit exemplum, idque illustre satis; quod ex Cel. Io. LOCKII Opp. T. III. (Ed. Lond. in fol. anno huius saec. XVII.) repetere & Lectoribus meis iam aliquanto fusius sistere decreui. Continet praeter alia scripta Lockiana to-



mus modo memoratus epistolas philosophi & amicorum,
& MOLYNAEI praesertim, Hiberni, vel in Hibernia
sulcata degenitis. Has inter ad eas in praesentia respicere li-
bet, quae de LEIBNITIO nostro summo profecto Viro,
agunt, qui ad Lockianum de intellectu humano opus, pro
more suo, meditationes alias in chartam coniecerat,
vtque LOCKIO ipsi perferrentur curauerat. Et primum
quidem mentionem earundem satis honorificam iniecerat
LOCKIUS p.m. 557.

There is lately fallen into my Hand a Paper of Mr. Leibniz, writ to
a Gentleman here in England, concerning several things in my Essay.
I was told, when I was in London, that he had lately ordered his Corre-
spondent, to communicate them to me, and something else he has since
writ hither. He treats me all along with great Civility, and more Com-
pliment than I can deserve. And being, as he is, a very great man, 'tis
not for me to say, there appears to me no great Weight in the Exceptions
he makes to some Passages in my Book; but his great Name and Knowledge
in all Parts of Learning, ought to make me think, that a man of his
Parts says nothing but what has great Weight in it. Only I suspect he
has in some Places a little mistaken my Sense, which is easie for a Stran-
ger, who has (as I think) learned English out of England.

Haec satis honorifice inquam de LEIBNITIO, LO-
CKIUS: cuius magna in omni eruditionis genere merita
non agnoscuntur tantum ab eodem; sed iam nonagesimo
sesto superioris saeculi anno, ipso etiam suffragante, M A-
GNI VIRI cognomen, apud Anglos etiam, ipsi pepererant.
Id tantum inuidiosius iusto dictum videtur, indignas tanto
viro meditationes illas sibi visas esse; nec nisi ex Anglicanae
linguae ignorantia ortas. Sed videamus quidnam ab amico
suo responsum tulerit LOCKIUS. En verba MOLYNAEI,
hue facientia.

I should be very glad, to see Mr. Leibniz's Paper, concerning your
Essay. He is certainly an extraordinary Person, especially in Mathema-
tics; but really, to speak freely of him, in relation to what he may ha-
ve to say to you, I do not expect any great Matters from him. For
methinks (with all deference to HIS GREAT NAME) he has given the
world no extraordinary Samples of his Thoughts this way, as appears
by two Discourses he has printed, both in the Acta Erud. Lips. the first
A. 1694. p. no. De primae philosophiae emendatione &c. the other A.
1695.



1695. p. 145. *Specimen Dynamicum*, which truly, to me is, in many places, unintelligible; but that may be my defect, and not his.

Ne hic quidem adhuc LEIBNITIO nostro magnum non men in dubium vocari, nec extraordinarii Viri elogium ipsi negari deprehendimus. Verum sublestae fidei esse laudes hasce, vel ex eo quiuis intelligit, quod ad res mathematicas tantum refringatur gloria Leibnitiana; in Logico-metaphysicis autem parum admodum tribuatur ipsi. Interim ferri & haec potuisse sententia MOLYNAEI, quippe, qui suam potius, in fine verborum, accusare maluit ingenii tarditatem, quam Leibnitianae doctrinae obscuritatem. Pergamus igitur, multo magis iniuria in eum lecturi in sequentibus. Respondet LOCKIVS in proxima ad amicum epistola, qua scriptum ipsum Leibnitianum ipsi transmisit, sequentem in modum.

In Obedience to your Commands I herewith send you a Copy of Mr. Leibniz's Paper. Mr. Burnet has had it this year or two, but never communicated it to me, till about a Fortnight agone. - In deed Mr. Cunningham procured me a sight of it last Summer, and he and I read it Paragraph by Paragraph over together, and he confessed to me, that some Parts of it he did not understand; and I shewd him in others, that Mr. Leibniz's Opinion would not hold, who was perfectly of my mind. - To answer your Freedom with the like, I must confess to you, that Mr. Leibniz's great Name had raised in my an Expectation which the Sight of his Paper did not answer, nor that Discourse of his in the Acta Eruditorum, which he quotes, and I have since read, and had just the same Thoughts of it, when I read it, as I find you have. From whence I only draw this inference, that even great Parts will not master any Subject without great Thinking, and even the largest minds have but narrow Swallows. &c,

Hic sine circuitu profecto, vera animi sui sensa patefecisse LOCKIVM, in aprico est CVNNINGHAMVM, nescio quem, non intellexisse LEIBNITII scriptum refert: Magna, profecto, res, & ad infirmandas tanti Viri opiniones, multi ponderis! Reliqua parum solida esse, eidem se persuasisse addit: quasi vero ab huius iudicis sententia pependisset Leibnitianarum meditationum veritas! Et postquam nihil tanto LEIBNITII nomine dignum se in hoc



scripto invenisse dixisset, addit: *Non sufficere magnum ingenium, sine multa meditatione.* Quasi vero defuerit vtrumvis horum LEIBNITIO, vel digna esset vulgaris adeo veritas tanto LOCKII nomine. Alia adhuc in epistola, ad eundem MOLYNAEVM paullo post exarata, eundem in modum pergit, ipso sensim vsu audacior factus:

In my last to you, I sent you a Copy of Mr. Leibniz's Paper. I have this writ me out of Holland concerning it;

Mr. Leibnitz Mathematicien de Hannover ayant oui dire, qu'on traduisoit votre ouvrage, & qu'on l'alloit imprimer, a envoyé ici à un de mes amis ce jugement, qu'il en fait, comme pour le mettre à la tête. Cependant il a été bien-aisé qu'on vous le communiquat. Il m'a été remis entre les mains pour cela. On m'a dit mille biens de ce Mathematicien. Il y a long tems, que magna & praeclara minatur, sans rien produire, que quelques démonstrations détachées. Je crois néanmoins, qu'il ne vous entend pas, & je doute qu'il s'entende bien lui même.

I see, yow and I, and this Gentlemen, agree pretty well concerning the man: and this sort of Fidling makes me hardly avoid thinking, that he is not that very great man as has been talked of him. His paper was in England a year or more, before it was communicated to me, and I imagine you will think he need not make such a great Stir with it.

Habemus iam LEIBNITIVM nostrum, ipsius LOCKII amicique eius apud Batauos degentis, (quem ego ex antecedentibus epistolae verbis 10. CLERICVM fuisse suspicor) iudicio, ab omni altitudine sua deiectum, magnitudo deinde nominis penitus priuatum. Quis quaeſo ferre potest hominum horum arrogantiam atque fastum, quo ſibi ipsis tandem contradicere audentes, encomia illa, inuidenda profecto, quibus antea ornauerant virum summum, iterum revocare non dubitant? Piget me adhuc MOLYNAEI adponere verba, quibus Lockianis hisce respondit. Repe-tit iudicium quod superius iam tulerat, additque, aut valde infelici uti Leibnitium ſtilo; aut ſe valde stupidum eſſe in intelligendo illo scripto. Et rursus in seqq. Inuenta mathemati-ca Leibnitiana orbem vniuersum decepiffe; ſed in aliis tentaminibus, non magis ſeipſum intelligere LEIBNITIVM quam



quam eum alii intelligerent. Ex placendi studio praeposterorum inter philosophos praesertim, ortum esse iudicium eiusmodi MOLYNAE I reor, viri non adeo obtusi ingenii: malimque credere, non satis attente eum meditationes Leibnitianas perlegisse, quam dilemmatis membrum alterutrum ipsi concedere. Ut autem eo melius iudicium ferre queant Lectores nostri de omni hoc negotio, ipsum LEIBNITII scriptum huc adponere iuuabit; quo perfecto statim constabit, an intelligibile sit idem, an minus, numque meruerit Philosophus comitate sua, ad venustissimos saeculi aulaeque mores attemperata, censuram illam parum elegantem humanam, qua Angli bini, Gallusque vnuis, Virum summum exceperunt. Gallico id sermone quum conscriptum fit, eruditis nostris satis familiariter transferre idem consultum non duxi: ne forte interpretando, clarius quaedam ipso auctore elocutus esse videar. Quumque non nisi inAnglico hoc opere Lockiano, exstet typis vulgatum hoc scriptum, quod paucorum profecto manibus inter nos teritur: vel eo ipso gratiam apud omnes philosophiae rationalis amatores initium me confido, quod magis ita vulgauerim idem, usq*ue* insigni in operis Lockiani lectione futurum.

Reflexions de Mr. LEIBNIZ
sur
l'Essai de l'Entendement Humain de Mr. Locke.

Je trouve tant de marques d'une pénétration peu ordinaire dans ce que Mr. Locke nous a donné sur l'Entendement de l'Homme, & sur l'Education, & je juge la matière si importante, que j'ai cru ne pas mal employer le tems que je donnerois à une lecture si profitable; d'autant plus que j'ai fort médité moi-même sur ce qui regarde les fondemens de nos connaissances. C'est ce qui m'a fait mettre sur cette feuille quelques unes des remarques, qui me sont venues en lisant son Essai de l'Entendement. De toutes les recherches il n'y en a point de plus importantes, puisque c'est la clef de toutes les autres.

Le premier livre regarde principalement les principes qu'on dit être nés avec nous. Mr. Locke ne les admet pas, non plus que les idées innées. Il a eu sans doute de grandes raisons de s'opposer en cela aux préjugez ordinaires; car on abuse extrêmement du nom d'idées & de principes. Les philosophes vul-

vulgaires se font des principes à leur phantaisie, & les Cartesiens, qui font profession de plus d'exactitude, ne laissent pas de faire leur retronement des idées prétendues, de l'étendue de matière, & de l'ame; voulant s'exempter par là de la nécessité de prouver ce qu'ils avancent; sous prétexte, que ceux qui méditeront les idées, y trouveront la même chose qu'eux, c'est-à-dire, que ceux qui s'accoutumeront à leur jargon & à leur maniere de penser, auront les mêmes préventions, ce qui est très-véritable. Mon opinion est donc, qu'on ne doit rien prendre pour principe primitif, si non les expériences & l'axiome de l'identicité, ou (ce qui est la même chose) de la contradiction, qui est primitif, puisqu'autrement il n'y auroit point de différence entre la vérité & la fausseté; & toutes les recherches cesseront d'abord, s'il étoit indifférent de dire oui ou non. On ne sauroit donc s'empêcher de supposer ce principe, dèsqu'on veut raisonner. Toutes les autres vérités sont prouvables, & j'estime extrêmement la méthode d'Euclide, qui sans s'arrêter à ce qu'on croiroit être assez prouvé par les idées prétendues, a démontré (par exemple) que dans un triangle un côté est toujours moindre que les deux autres ensemble. Cependant Euclide a eu raison de prendre quelques axiomes pour accordés, non pas comme s'ils étoient véritablement primitifs & indémonstrables, mais parce qu'il se seroit trop arrêté, s'il n'avoit voulu venir aux conclusions, qu'après une discussion exacte des principes: Ainsi il a jugé à propos de se contenter d'avoir poussé les preuves jusqu'à ce petit nombre de propositions, en sorte qu'on peut dire que si elles sont vraies, tout ce qu'il dit, l'est aussi. Il a laissé à d'autres le soin de démontrer ces principes mêmes, qui d'ailleurs sont déjà justifiées par les expériences. Mais c'est de quoi on ne se contente point en ces matières: C'est pourquoi Apollonius, Proclus, & autres, ont pris la peine de démontrer quelques uns des axiomes d'Euclide. Cette maniere doit être imitée des philosophes, pour venir enfin à quelques établissements, quand ils ne seroient que provisionnels; de la maniere que je viens de dire. Quant aux idées, j'en ai donné quelque éclaircissement dans un petit Ecrit imprimé dans les Actes des Savans de Leipzig au mois de Novembre, 1684. pag. 537. qui est intitulé, Méditationes de cognitione, veritate & ideis, & j'aurois souhaité que Mr. Locke l'eut vu & examiné, car je suis des plus dociles, & rien n'est plus propre à avancer nos pensées que les considerations & les remarques des personnes de mérite, lorsqu'elles sont faites avec attention & avec sincérité. Je dirai seulement ici, que les idées vraies ou réelles sont celles, dont on est assuré que l'exécution est possible, les autres sont douteuses ou (en cas de preuve de l'impossible) chimériques. Or la possibilité des idées se prouve tant a priori par des démonstrations, en se servant de la possibilité d'autres idées plus simples, qu'a posteriori par les expériences, car ce qui est, ne sauroit manquer d'être possible. Mais les idées primitives sont celles dont la possibilité est indémonstrable, & qui en effet ne sont autre chose que les attributs de Dieu. Pour ce qui est de la question, s'il y a des idées & des vérités créées avec nous; je ne trouve point absolument nécessaire pour les commencemens, ni pour la pratique de l'art de penser, de la décider: soit qu'elles nous viennent toutes de dehors, ou qu'elles viennent de nous, on raisonnera juste, pourvu qu'on garde ce que j'ai dis ci-dessus & qu'on procede avec ordre & sans prévention. La question de l'origine



l'origine de nos idées & de nos maximes n'est pas préliminaire en philosophie, & il faut avoir fait de grands progrès pour la bien résoudre. Je crois cependant pouvoir dire, que nos idées (même celles des choses sensibles) viennent de notre propre fonds, dont on pourra mieux juger par ce que j'ai publié touchant la nature & la communication des substances & ce qu'on appelle l'union de l'ame avec le corps. Car j'ai trouvé que ces choses n'avoient pas été bien prises. Je ne suis nullement pour la tabula rasa d'Aristote, & il y a quelque chose de solide dans ce que Platon appelloit la reminiscence. Il y a même quelque chose de plus, car nous n'avons pas seulement une reminiscence de toutes nos pensées, mais encore un présentiment de toutes nos pensées futures. Il est vrai que c'est confusément & sans les distinguer, à peu-près comme lorsque j'entends le bruit de la mer, j'entends celui de toutes les vagues en particulier qui composent le bruit total ; quoique ce soit sans discerner une vague de l'autre. Et il est vrai dans un certain sens, que j'ai expliqué, que non seulement nos idées, mais encore nos sentimens naissent de notre propre fonds, & que l'ame est plus indépendante qu'on ne pense, quoiqu'il soit toujours vrai que rien ne se passe en elle qui ne soit déterminé.

Dans le livre II. qui vient au détail des idées, j'avoue que les raisons de Mr. Locke pour prouver que l'ame est quelquefois sans penser à rien, ne me paroissent pas convainquantes ; si ce n'est qu'il donne le nom de pensées aux seules perceptions assez notables pour être distinguées & retenues. Je tiens que l'ame & même le corps n'est jamais sans action, & que l'ame n'est jamais sans quelque perception. Même en dormant on a quelques sentimens confus & sombres du lieu où l'on est & d'autres choses. Mais quand l'expérience ne le confirmeroit pas, je crois qu'il y en a démonstration. C'est à peu près comme on ne sauroit prouver absolument par les expériences, s'il n'y a point de vuide dans l'espace & s'il n'y a point de repos dans la matière. Et cependant ces sortes de questions me paroissent décidées démonstrativement ; aussi bien qu'à Mr. Locke. Je demeure d'accord de la différence qu'il met avec beaucoup de raison entre la matière & l'espace. Mais pour ce qui est du vuide, plusieurs personnes habiles l'ont cru. Mr. Locke est de ce nombre ; j'en étois presque persuadé moi-même, mais j'en suis revenu depuis long-tems. Et l'incomparable Mr. Huygens, qui étoit aussi pour le vuide, & pour les atomes, commença à faire réflexion sur mes raisons, comme ses lettres le peuvent témoigner. La preuve du vuide prise du mouvement, dont Mr. Locke se sert, suppose que le corps est originièrement dur, & qu'il est composé d'un certain nombre de parties inflexibles. Car en ce cas il seroit vrai, quelque nombre fini d'atomes qu'on pourroit prendre, que le mouvement ne fauroit avoir lieu sans vuide ; mais toutes les parties de la matière sont divisibles & pliables. Il y a encore quelques autres choses dans ce second livre qui m'arrêtent, par exemple, lorsqu'il est dit, chap. 17. que l'infini ne se doit attribuer qu'à l'espace, au tems, & aux nombres. Je crois avec Mr. Locke qu'à proprement parler, on peut dire qu'il n'y a point d'espace, de tems, ni de nombre, qui soit infini, mais qu'il est seulement vrai, que plus grand que soit un espace, ou tems, ou bien un nombre, il y a toujours un autre plus grand que lui, sans fin, & qu'ainsi le véritable infini ne se trouve point dans un tout, composé de parties. Cependant il ne laisse pas de se trouver ailleurs, savoir dans l'ab-



l'absolu, qui est sans parties & qui a influence sur les choses composées, parce qu'elles résultent de la limitation de l'absolu. Donc l'infini positif n'étant autre chose que l'absolu, on peut dire qu'il y a en ce sens une idée positive de l'infini, & qu'elle est antérieure à celle du fini. Au reste en rejettant un infini composé on ne nie point ce que les Géomètres démontrent de scribus infinitis, & particulièrement l'excellent Mr. Newton. Quant à ce qui est dit chap. 30. de ideis adæquatis, il est permis de donner aux termes la signification qu'on trouve à propos. Cependant sans blâmer le sens de Mr. Locke, je mets un degré dans les idées, selon lequel j'appelle adequate celle où il n'y a plus rien à expliquer. Or toutes les idées des qualitez sensibles, comme de la lumiere, couleur, chaleur, n'étant point de cette nature, je ne les compte point parmi les adequates, aussi n'est-ce point par elles-mêmes, ni a priori, mais par l'expérience que nous en savons la réalité, ou la possibilité.

Il y a encore bien de bonnes choses dans le livre III ou il est traité des mots ou termes. Il est très-vrai qu'on ne sauroit tout définir, & que les qualitez sensibles n'ont point de Définition nominale, & on les peut appeler primitives en ce sens-là. Mais elles ne laissent pas de pouvoir recevoir une Définition réelle. J'ai montré la difference de ces deux sortes de Définitions dans la Méditation citée ci-dessus. La définition nominale explique le nom par les marques de la chose ; mais la Définition réelle fait connoître a priori la possibilité du défini. Au reste j'applaudis fort à la Doctrine de Mr. Locke touchant la démonstrabilité des veritez morales.

Le IV. ou dernier livre, où il s'agit de la connoissance de la vérité, montre l'usage de ce qui vient d'être dit. J'y trouve (aussi bien que dans les livres précédans) une infinité de belles réflexions. De faire là-dessus les remarques convenables, ce seroit faire un livre aussi grand que l'ouvrage même. Il me semble que les axiomes y sont un peu moins considerez qu'ils ne méritent de l'être. C'est apparemment parce qu'excepté ceux des Mathématiciens on n'en trouve guere ordinairement, qui soient importans & solides : j'ai tâché de remédier à ce défaut. Je ne méprise pas les propositions identiques, & j'ai trouvé qu'elles ont un grand usage même dans l'analyse. Il est très-vrai, que nous connoissions notre existence par une intuition immédiate & celle de Dieu par démonstration, & qu'une masse de matière, dont les parties sont sans perception, ne sauroit faire un tout qui pense. Je ne méprise point l'argument inventé, il y a quelques siècles, par Anselme, qui prouve que l'être parfait doit exister ; quoique je trouve qu'il manque quelque chose à cet Argument, parce qu'il suppose que l'être parfait est possible. Car si ce seul point se démontre encore, la démonstration toute entière sera entièrement achevée. Quant à la connoissance des autres choses, il est fort bien dit, que la seule expérience ne suffit pas pour avancer assez en Physique. Un esprit pénétrant tirera plus de conséquences de quelques expériences assez ordinaires qu'un autre ne sauroit tirer de plus choisies, outre qu'il y a un art d'expérimenter & d'interroger, pour ainsi dire, la nature. Cependant il est toujours vrai, qu'on ne sauroit avancer dans le détail de la Physique qu'à mesure qu'on a des expériences. Mr. Locke est de l'opinion de plusieurs habiles Hommes, qui tiennent que la forme des Logiciens est de peu d'usage. Je serois quasi d'un autre sentiment ; & j'ai trouvé souvent que les paralogismes



imes même dans les Mathematiques sont des manquemens de la forme. Mr. Huygens a fait la même remarque. Il y auroit bien à dire là-dessus ; & plusieurs choses excellentes sont méprisées, parce qu'on n'en fait pas l'usage dont elles sont capables. Nous sommes portez à mépriser ce que nous avons appris dans les écoles. Il est vrai que nous y apprenons bien des inutilitez, mais il est bon de faire la fonction della crusca, c'est - à - dire de séparer le bon du mauvais. Mr. Locke le peut faire autant que qui que ce soit ; & de plus il nous donne des pensées considerables de son propre crû. Il n'est pas seulement Essayer, mais il est encore Transmutateur par l'augmentation, qu'il donne du bon métail. S'il continuoit d'en faire present au public, nous lui en serions fort redevables.

En omnia ea, quae a Leibnitio circa Lockii librum de intellectu humano annotata habemus. Sit iam penes vnumquemque rerum logico - metaphysicarum aequum iudicem, arbitrium, an obscure adeo philosophatus sit vt intelligi prorsus nequeat ; idque ab exercitati ingenii viris, praesertim qui **LOCKIO**, **MOLYNAEO** & **CLERICO** similes sunt ? Quod vt melius pateat, per partes ire placet, & quidquid a Philosopho dictum est, ad summa quaedam capita revocare.

Ad I. operis Lockiani librum, celebrem illam controversiam tangit, quae de principiis ideisque menti nostrae innatis agit. Reiecerat eas **LOCKIVS** omnes, nec prorsus id improbat **LEIBNITIVS** ; ostendens abuti solere eruditos varii generis, precariis valde principiis eiusmodi ; quae pro innatis venditant ; ne demonstrare eademi opus habeant. Excurrit hic ad regulas quasdam bonae methodi, quas **EVCLIDIS** aliorumque mathematicorum exemplo illustrat : Nimirum (I) non nisi principium contradictionis proprie primum esse, & indemonstrabile. (II) Experiencias etiam principiorum loco admittendas esse. (III) Assumi posse in retractatione quadam erudita, propositiones ab aliis demonstratas, vt ad vteriora progressus fieri possit. (IV) Ideas seu notiones reales eas esse, quae possibles sunt in executione ; reliquas esse aut chimaericas, si impossibilitas earum demonstrari possit ; aut dubias faltem. Ad quaestionem autem, num ideae nobiscum nascantur, **L E I B N I T I V S,**



N I T I V S, ex eo, quod dudum in Gallicis ephemeredibus vulgauerat, systemate suo, respondet. Affirmat nimurum quaestionem, quam **L O C K I V S** negauerat, ita tamen, ut a communia sententia reliquorum affirmantium aliquantisper recederet. Ad Platonicam potius, quam Aristotelicam hac de re sententiam accedit, & inesse menti nostrae omnes ideas suas aliqua ratione, iam in primo existentiae suae momento, affirmat: ita ut tabulae obliterateae potius, quam rasaæ penitus comparari possit.

Quid in his omnibus obscuri sit, ego quidem nullatenus perspicio. Aliud enim est, hypothesis quandam nouam, iusta dissertatione complecti, & vberius explicare; aliud, eius in transitu quasi mentionem iniicere. Illud apud rerum omnium ignaros ut fiat necesse est: Hoc inter viros doctos obtinere solet. Supponebat **LEIBNITIVS**, innotuisse iam **LOCKIO**, quae hac de re diuersis in locis inferi curauerat; nec opus esse, ut docto Viro prolixius exponeretur sistema suum de vnione corporis & animae, quod Harmoniae praestabilitae nomine venire solet. Non obscuritatem igitur schediasmatis Leibnitiani, sed ignorantiam suam accusare debuerat philosophus Anglus, qua, quidquid extra patriam ageretur inter eruditos, non curauerat. Porro aliud erat rationes demonstratiuas systematis Leibnitiani poscere; aliud obscuritatis prorsus impenetrabilis idem arguere, ita ut vel auctor eius ipse, quid sibi velit, nesciat. Intellexere profecto **B A E L I V S**, **I A Q V E - L O T T V S**, **T O V R N E M I N I V S**, aliquique plures, quid sibi vellet Harmonia corporis & animae praestabilita: sed pro euicto nondum agnouere eandem. Non aliter **LOCKI V M** decuisset respondere **LEIBNITIO**, aut de ipsius sententia iudicium ferre: si veritatis solo amore ductus, exterritorum quoque dissensum ferre potuisset; summa praeferim cum modestia propositum.

Nihil



Nihil enim vniquam humanius, nihil elegantius illis Philosophi nostri verbis legi potest, quibus, ea, quae de cognitione veritate & ideis, in Actis Erud. Lips. publicauerat, examini Lockiano subiicit, seque docilem ipsi discipulum fore promittit. Poterat, debueratque **L O C K I V S** ea dum legisse, nec destitutum fructu suo suisset examen harum rerum, quae tantum lucis philosophiae rationali inter nos hodie affudere. Superbire potuisset opus Lockianum spoliis hisce germanicis, vt ita dicam: nisi obstitisset illa gentis suae philautia nimia. Potuisset etiam honorificam **L E I B N I T I I** mentionem iniicere, qualem hic saepius Anglorum facere solet, & ipsius **L O C K I I** in praesenti scripto fecit. Verum placuit elati nimis animi philosopho, nec perpendere meditationes Leibnitianas, nec respondere eisdem, nec honorifice de auctore inter amicos suos sentire.

Pergo ad II. Lockiani operis librum, ea ex annotationibus Leibnitianis quaesiturus, quae reprehendi forsan aliquo iure possent. Ad tria commode capita referri possunt, quae hic monita fuere a Philosopho nostro. Horum primum illam assertionem concernit, qua mentem nostram saepe nihil prorsus cogitare creditit. Contrarium **C A R T E S I V S** asseruerat, essentiam animae in cogitatione ponens; vnde primum erat inferre: semper cogitare animum nostrum, & ne in altissimo quidem somno ab operatione sua essentiali cessare. **L E I B N I T I V S**, qua erat mentis sagacitatem, aequiuocationem in voce *cogitare* deprehendit; & ne ad Logomachiam controuersia rediret, vitium eruditis satis familiare, impediuit. Videatur doctissima **W E R E N F E L S I I** dissertatio de Logomachiis Eruditorum, quae satis commendari profecto nequit. Obseruat igitur in duplice significatu accipi posse vocem *cogitationis*; sive iis tantum perceptionibus tribuatur ea, quae satis notabiles sunt ut distinguiri ab aliis, & memoria teneri queant; vtique non semper cogitare nos, concedit. Quodsi autem per cogitationes



nes intelligamus perceptiones qualescumque, siue clarae siue obscurae fuerint; tunc **CARTESII** se sententiae accedere: siquidem ex mente sua nec corpori, nec animae umquam perfecta quies conuenire possit.

Quod quum demonstratione quoque euinci posse asservisset Philosophus, ad secundum progreditur de materiae & spatii differentia, caput. Probat hic Lockianam sententiam; in eo tantum ab ipso discedit, quod vacuum admittat in uniuerso spatium, si non coaceruatum, disseminatum tamen. Plures hic alios cum **LOCKIO** sensisse fatetur, eosque eruditos viros; immo se ipsum quondam huic sententiae deditum fuisse. Sed rationibus motum postea se ab eadem recessisse, immo **HUGENIO** quoque, ut vacuo valediceret atque atomis, fere persuasisse. Obseruat hic eos, qui cum Lockio inane asserturi, argumento a motu in pleno impossibilitate petito, vtuntur; falso supponere, omne corpus necessario in minimis partibus durum esse; id quod tamen probari non possit.

Porro tertio loco ad doctrinam de *infinito* se confert, quod **LOCKIUS** cap. 17. spatio, tempori & numeris concederat. Consentit cum eo Philosophus, nullum proprium spatium, tempus vel numerum infinitum dici posse: Verum concludit exinde, nec umquam in toto quodam, ex partibus composito, infinitum aliquod reperiri posse. Infinito tantum absolute sic dicto, i.e. Deo, qui partibus destituitur, infinitatem tribui posse; id quod sane illo asserto **LOCKIANO** multo sublimius est atque consultius,

Tandem quarto loco de Ideis adaequatis occasione Capitis 30. agit **LEIBNITIUS**; concedens quidem, pro lubitu fieri posse definitiones vocabulorum; verum addens insimul, se meliori forte iure per adaequatas ideas intelligere illas, in quibus nihil obscuri, nihil explicatione indigens restat. His omnibus probe consideratis, cuilibet, rerum logico-metaphysicarum vel mediocriter gno, ne in hisce
qui-



quidem **L E I B N I T I V M** meruisse, ut susque deque haberentur eae, quas absque contradicendi libidine in chartam coniecerat annotationes. Liberum semper fuit eruditis, philosophis praesertim, dissentire ab aliis, immo proponere etiam publice dissensum suum; & rationibus eundem firmare. Sic scientias augeri constat, variisque sententiarum ponderibus quasi libratis, tandem ad stabilem peruenire veritatem. Quodsi etiam sine acrimonia stili hoc fiat, quodsi humano atque modesto orationis genere consignatae fuerint meditationes eiusmodi; aegre sane ferri non possunt, ab veritatis amatore. Et licet omnia satis fuse non explicuerit Leibnitius; nec in eo tamen culpari vlla ratione potest, in subitanea eiusmodi scriptiuncula. Non librum, sed epistolam quasi scribere animus erat; eamque filiis artis siue adeptis tantum destinauerat, si Chemiae peritorum termino hic loqui licet. Ne **L O C K I I** quidem opus ab omnibus statim intelligitur, qui idem sine debita attentione legunt, & ideis eius nondum adsueti, aliter prorsus de rebus logicis philosophari didicerunt. **Quis autem** exinde concluderet **L O C K I V M** ipsum, quid sibi voluerit, nesciuisse?

Ad tertium **L O C K I A N I** operis librum, de definitio-
num realium & nominalium differentia pauca tantum monuit **L E I B N I T I V S**. Res profecto magni momenti est,
nec melius a quoquam euoluta, quam a Philosopho nostro,
in Dissertatione supra memorata, de cognitione, veritate &
ideis, proposita fuit. *Nominalis* nimirum per notas char-
acteristicas, ex attributis rerum desumptas, res describit; *realis* autem *definitio* a priori, possibilitatem seu genesin defini-
ti explicat. Hac sane differentia obseruata utilitates in-
numerae in disciplinam Logicam deriuantur; digna pro-
pterea fuisset ea, quae Lockianum opus ingredieretur, eo
que ipso philosophiae rationalis cultoribus familiarior
redderetur.

C

Porro



Porro in hoc tertio libro multum probat **L E I B N I T I V S** demonstrabilitatem veritatum moralium a **L O C K I O** assertam. Laudanda, se sine inuidia in aliis quoque laudare posse, eo ipso philosophus noster ostendit ; licet forte in Angli huius potestate non esset, specimina huius rei dare. Suaserat dudum antea **M O L Y N A E V S**, vt operi eiusmodi se accingeret, in epistola A. 1694. ad eundem data. *And now that your Thoughts are at liberty from that Essay, you will give me leave, vwith all Submission, to mind you, of vwhat you once told me, you vvould think of, viz of demonstrating Morals. I am sure as no Hand could perform it better, so no age ever requir'd it more than our's.* Sed nullibi id suscepisse **L O C K I V M** legimus : eo quod ex ipsa mentis nostrae & Ontologiae cognitione distincta solidaque repetenda erant huius doctrinae moralis demonstrandae fundamenta.

Ad IV. ultimumque librum operis Lockiani festino, de quo fere per laudes sententiam suam exponit ingenuas Philosophus noster ; inter ea tamen, quae notanda censet, primum, *axiomatum* minus amplam considerationem factam esse queritur **L E I B N I T I V S**. Putat nimurum, etiam extra matthesin eorum usum esse insignem, quodsi recte cauteque formata fuerint. Nec *identicas propositiones* quidem contemni debere existimat ; utilissimas quippe, in Analyss quoque. In sequentibus ad argumentum **A N S E L M I** pro existentia diuina, ab idea entis perfectissimi petitum, quo **C A R T F S I V S** quoque postea usus est, obseruat ; firmum id fore, quodsi euictum antea fuerit, possibile esse ens illud perfectissimum, vel non contrariari sibi inuicem perfectiones in vniuersum omnes, in uno quodam ente coniunctas : id quod gratis ab **A N S E L M O** praefuspositum erat.

Secundo loco circa experientias physicas monet **L E I B N I T I V S**, eas solas scientiae physicae condendae non sufficere ; sae-



saepiusque ex facilitoribus & cuius obuiis ab exercitato rerum naturalium spectatore, plus conclusionum deduci posse, quam ab aliis minus in concludendo exercitatis, ex rarioribus innumeris.

Hinc in Syllogismorum vsum incomparabilem deuolutus, quos **LOCKIVS** in opere suo **Logico** neglexit penitus, dissensum suum declarat **LEIBNITIVS**, idque merito. Obseruat enim vel mathematicorum paralogismos non esse, nisi defectus circa formam ratiociniorum a logicis praescriptam. **HUGENIVM** hic iterum in partes vocat, cuius auctoritas vtique tanta est, vt **LOCKIO** minimum satisfacere tantisper potuisset, donec ipse in materiam hanc curatius inquisiuisset. Deceptus fine dubio eadem, qua ille ratione, inter nostrates suo tempore fuit, **CHRIST. THOMASIVS**, vir alioqui magnus; qui in Logica vernacula sua itidem, sed ex rationibus valde infirmis omnes syllogismos reiecit: qua de re alio loco fusius olim agemus.

Concludit tandem Philosophus noster magno quodam elogio, quod liberaliter satis **LOCKIO** tribuit, appellans eum non Tentaminum tantum Logicorum scriptorem, sed *Transmutatorem per augmentationem*, termino inter Chemiae studiosos non ignoto. Quibus omnibus probe consideratis, non opus est denuo ea repetere, quae supra de iniquo **LEIBNITII** nostri contemtu abunde dicta sunt. Repetant quaequo animo Lectores nostri, quae scripto repetere nihil attinet, ne nauseam delicioribus creare velle videamur.

Absit interea, vt haec omnia eo a nobis fine dicta esse coniiciat aliquis, vt omnem operi *Lockiano de intellectu humano*, auctoritatem abiudicemus. Aequiores profecto sumus vicinorum nostrorum iudices, nec ex inuidia, quidquid egregii praestitum videmus ab ipsis, minuere



vmquam moris apud nos fuit. Ne ipse LEIBNITIUS quidem insignem huius libri praefantiam negauit; quantumque is ad cognitionis humanae perfectionem promouendam facere possit, ingenue fassus est. Cui nos sententiae eo facilius accedimus, quo magis constat, non ex assentandi studio profectam eandem esse. Qui enim monet, veritatis amore ductus, amicum, is, quo minus laudes suae suspectae fiant, efficit. Elegans hanc in rem est CICERONIS dictum ex XXV. Laelii sui, capite: *Vt igitur et monere et moneri, proprium est verae amicitiae: et alterum libere facere, non asperre; alterum patienter accipere, non repugnanter: Sic habendum est nullam in amicitia pestem esse maiorem, quam adulacionem, blanditiam, assentationem; Quamvis multis enim nominibus est hoc vitium notandum leuum hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem.*

Quo maius igitur est ipsius libri Lockiani pretium, eo impensius gaudemus, suscepisse nuper in se, nostro potissimum suasu & hortatu, germanicam eius versionem, Virum Doctissimum atque Praeclarissimum POLEIVM, Professorem Phil. & Math. in Athenaeo Weissenfelsensi dignissimum. Quemadmodum enim & latinae huius operis editioni, quae ante decennium hic parabatur, iam manus admouerat idem, correcturus & suppleturus ex anglicanis editionibus auctioribus, quae in eadem desiderantur; quod ne fieret postea, bibliopole fata iniquiora impediuerent: Ita profecto non pauca sperare licet ab erudito hoc Viro, uestigio & doctrina philosophica, & linguarum cognitione instructissimo. Auctores tantum erimus ipsis, pro ea quae inter nos est amicitia, ut Leibnitianas hasce circa Lockianum opus, meditationes, ex intentione Magni huius Viri, Lipsiae nostrae decoris incomparabilis, translationi suae in vernaculam conuersas praefigat, Lectores ita de naeuis quibusdam operis tam egregii moniturus.

Ne



Ne autem eo, quod exteris praestamus, officio, nostris
deesse videamur, ipsi alio quodam instituto efficere decreui-
mus. Non facile excellentius, in Logica doctrina omni-
que cognitione solida promouenda, Germania nostra opus
produxit, *Medicina Mentis et Corporis*, illustrissimi
T S C H I R N H A V S E N II: quod licet aliquoties recusum
sit, tamen adeo paucorum teritur manibus, ut ingrati esse vi-
deamur erga heroes nostros, diutius id ferendo. Quo vero
magis id Germaniae nostrae proprium reddatur, de conuer-
tendo eodem in sermonem patrium consilia cepimus, effe-
cturi ita, ut a pluribus nostratium, immo iis quoque lega-
tur, vel Nobilibus, vel alius conditionis hominibus scientia-
rum cupidis, quibus latina non satis sunt ad palatum; ut
cum voluptate quadam libros ita conscriptos legere queant.
Iubet enim sperare, & insignis nostratium, qui reuiuiscere
incipit scientiae ardor, & reliqua temporum, quibus frui-
mur felicitas, fore, ut librum, vtrique vterius promouendo
destinatum, cum gudio recipient, si eam, quam multis con-
secuti videmur in vernacula nostra facultatem, eidem con-
uertendo mutuemur. Non melius ceterum de genere hu-
mano, patriaque nostra, immo cognitione solida promo-
uenda mereri nos posse persuasum habemus; postquam hu-
ius praecipue curam nobis aliqua ratione demandatam esse
ab Academiae nostrae Nutritoribus sapientissimis sensimus.

Factum nimirum est, non sine prouidentia diuina, quod
praesenti etiam Schediasmati occasionem dedit, ut a Serenissimo Celsissimoque Principe & Domino, CHRISTIANO, Saxoniae, Iuliae, Cliviae, Montium, Angriae &
Westphaliae Duce, Landgrauio Thuringiae, Marchione Misniae & vtriusque Lusatiae, Hennebergiae principali dignitate Comite, Marcae, Ravensbergae & Barbyae Comite, Ravensteinii Domino, cet. Domino meo Clementissimo, consensu Serenissimi atque Reuerendissimi Principis


ac



ac Domini, HENRICI, Saxoniae itidem, Iuliae, Cluiiae
ac Montium, Angriae & Westphaliae Ducis; Episcopalis
Sedis, quae Martisburgi est, Administratoris postulati, cert.
confirmante demum, Suo, Celsissimorumque Patruelium
nomine, Serenissimo atque Potentissimo Principe ac Do-
mino, FRIDERICO AVGUSTO II. Poloniarum
Rege, & Sacri Romani Imperii Nouemiro Saxonico,
cert. Dominis meis Clementissimis, Munus Logicam
& Metaphysicam in Academia hac docendi ordinarium mihi
demandatum fuerit.

Quod ipsum munus, quum antiquo more oratione pu-
blica & solemini auspicandum sit, futuramque Iouis, con-
senfu amplissimae Facultatis Philosophicae, inibi diem di-
xerim: Magnificum Academiae Rectorem, Illusterrimos
Comites, omnium facultatum Doctores atque Pro-
fessores, Liberalium artium Magistros, omnes denique, qui
litteris quibusunque operam dant, aut aliqua ratione fa-
uent, humanissime inuitatos volo, ut supra memorata Iouis
die, huius Mensis duodeuicesima, hora IX. matutina, in
philosophorum auditorio, conueniant, & de Scientiae mihi
demandatae praestantia & vtilitate insigni dicturuim,
gratioso & beneuole audiant. Dabam D. XIII.

Febr, A. MDCC XXXIII.



Art de penser. p. 3.

Ce soin & cette Etude est d'autant plus nécessaire, qu'il est étrange, combien c'est une Qualité rare, que cette exactitude de iugement. On ne rencontre par tout, que des esprits faux, qui n'ont presqu'aucun discernement de la Verité, qui prennent toutes choses d'un mauvais biais, qui se payent des plus mauvaises raisons, & qui veulent empêcher les autres; qui se laissent emporter par les moindres apparences; qui sont toujours dans les excés & dans les extrémités; qui n'ont point de ferres pour se tenir fermes dans les verités qu'ils savent, parce que c'est plutôt le hazard, qui les y attache, qu'une solide lumiere; ou qui s'arrêtent au contraire a leur sens avec tant d'opiniatreté, qu'ils n'entendent rien de ce, qui les pourroit détruire; qui décident hardiment, ce qu'ils ignorent, ce qu'ils n'entendent pas, & ce que personne n'a peut-être jamais entendu; qui ne font point de difference entre parler & parler, ou qui ne jugent de la vérité des choses, que par le ton de la voix. Ils n'en savent pas davantage!



QKTH 246

Die Künste und Wissenschaften des Menschen

Die Künste und Wissenschaften des Menschen
sind diejenigen, die der Mensch durch seine
Tätigkeit erlangt hat. Sie sind die Ergebnisse
seiner Erfahrung, seiner Erkenntnis, seiner
Erfindung, seines Geschickes und seines Geschmacks.
Sie sind die Ergebnisse seiner kreativen Tätigkeit,
seiner künstlerischen Fertigkeit, seines technischen
Wissens, seiner mathematischen Kenntnis, seines
historischen Verständnisses, seines politischen
Gedankens, seines sozialen Gewissens und seines
moralischen Urteils. Sie sind die Ergebnisse
seiner geistigen, seines körperlichen und seines
spirituellen Arbeitens. Sie sind die Ergebnisse
seiner künstlerischen Fertigkeit, seines technischen
Wissens, seiner mathematischen Kenntnis, seines
historischen Verständnisses, seines politischen
Gedankens, seines sozialen Gewissens und seines
moralischen Urteils. Sie sind die Ergebnisse
seiner geistigen, seines körperlichen und seines
spirituellen Arbeitens.



Pon II f 246, QK





B.I.G.



QK. 523, 20

B. M. II



INIQUITATEM. EXTERORVM
IN. FERENDO
DE
ERVDITIS. NOSTRATIBVS
IVDICIO
ILLVSTRIVM. VIRORVM
IO. LOCKII. ET. WILH. MOLYNÆI
EXEMPLIS. CONFIRMATAM
SISTIT
ET. AD. AVDIENDAM
ORATIONEM
QVA
CLEMENTISSIME. DEMANDATAM. SIBI
IN. ACADEMIA. LIPSIENSI
LOGICÆ. ET. METAPHYSICÆ. PROF. ORD
D. XVIII. FEBR. HOR. IX. MAT. MDCCXXXIII
IN. AUDITORIO. PHILOSOPHICO
AVSPI CABITVR
HVMANISSIME. INVITAT
IO. CHRISTOPH. GOTTSCHED
POES. P. EXTR. COLL. B. V. M. ET. SOC. REG. BOR. SOD

10

LIPSIAE. LITTERIS. BREITKOPFIANIS

